



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Utrumque iunxit Euangelista, quia uterque Prophetam idem prædixit. Præcipua tamen pars ad Zachariam pertinet. Prophetam vero tantam admiratus humilitatem, *Ecce, inquit, rex tuus venit*, &c. Ex quo discere licet, non ridiculam pompam fuisse futuram, nisi oraculo prænuntiata fuisset. Nam Prophetam, cum nondum factum esset, cum nondum ipse eam enuntiasset, admiratus est supereminentem Dei clementiam, & immensas bonitatis diuitias, quod eo se demiserit, quo ne cuius quidem honestior detrudi se pateretur, ex magnitudine igitur mysterii processionem Prophetam æstimauit, non ex sua prædicatione: quocirca & hinc Caluini petulantia retrunditur, cui illa historia sine illo condimento non sapit, at sanè absque illo condimento, & Isaia, & Zacharia sapiebat, & admiratione ingenti defixit, non quia ipsi ista præuiderent, sed quia Deus facturus erat.

§. 3. Iustinus Dialogo contra Tryphonem verbis Isaia probat etiam hereditatem dandam gentibus. *Genium vocatio.* *Et non sabbati-ent, neque circumcidantur, nec festos dies custodiant, omnino tamen hereditabunt sanctam Dei hereditatem.* Quod quidem non ex illis præcise verbis, sed toto textu intelligitur, agitur enim de gentium omnium salute.

Quod tamen ex illis præcise verbis non colligitur, sed toto contextu; nam de gentium vocatione agitur, quæ ut nouus pullus Dominum, postquam asinam deseruit, exceperunt.

§. 4. Paupertatem Christi Domini etiam Iudæorum Rabbini, aliquando cognouerunt. Nam post verba Zacharia subditur. *Et loquetur pacem gentibus, & Dominum eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terre.* Rabbi Salomon de Messia interpretatur.

Iudai Christi diuinitatem agnoscunt. Verba eius: *Ecce Rex tuus veniet tibi.* Non potest hoc exponi, nisi de Rege Messia. Quia dictum est hic, *Et Dominum eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terre.* Et non inuenimus talem Dominatorem, in domo secunda, hoc est, tempore secundi templi fuisse. Ex quibus aperte liquet, Regnum Messia spiritualiter intelligendum esse, cum regnum temporale, & paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiam facit, quod Rabbi Moses Hadarlan in expositione Genesios, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, *ligans ad vitem pullum suum*, sic dicit, Cum venerit Messias in Ierusalem, ipse erit cingens Asinum suum, & equitabit, & super eum veniet in Ierusalem, ut ducat seipsum in paupertate, vel humilitate. Sicut scriptum est Zach. 9. cap. *Pauper & humilis equitans super asinum vel asinam.* Sequitur in libro Genesios ibidem, *Et ad palmitem filii mi asinam suam.* Quando enim veniet ad congregandum Israel. Sicut dictum est Zach. 10. *אֲשִׁירָה לָהֶם וְאֶבְרָם* Hoc est, *Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemi eos.* Tunc equitabit super filium asinae suae. Et sic dicit Zach. 9. cap. *Et super pullum filium asinarum.* Hæc traditio. Item in Beresith Rabba super illud Gen. 49. cap. scriptum, *Non recedet Sceptrum de Iuda*, cum cæteris, ita legitur, *Non recedet Sceptrum.* Hic est Rex Messias Filius Dauid, qui venturus est ad constringendum regna in virga, vel cum virga. Sicut dictum est Psal. 2. *רוּעֵם בְּשֶׁבֶט בָּרוּךְ כְּבֹלֵי יוֹצֵר הַנִּפְצִים* i. *Constringes eos in virga, vel virga ferrea, & tanquam vas figuli propicies eos.* Sequitur, *Et scribe vel contritor de medio pedum eius.* Hic est etiam Rex Messias, qui venturus est ad conterendum gentes pedibus suis, quemadmodum dictum est Isa. 26. cap. *הָרַר בְּסֻכּוֹ דָּגְלֵי עֵנִי* Hoc est, *conculcabit eam pes pedum pauperis.* Iste enim pauper est Messias, de quo dictum est Zach. 9. cap. *Pauper & equitans super asinam.*

Non potuit magis Christianè hoc regnum decla-

rari, verum Iudæorum animi toti auaritia, superbia, libidine deprauati Messiam expectabant, cuius potentia, & opibus suas cupiditates explerent, ideo duriora, sed honesta ferentem primum aspernati sunt, & deinde occiderunt. Imo non deficiunt olim ex Iudæis, qui Messiam tempore viuere non optabant, quod multa patienda amicis eius scirent. Deteriores illi erant Phariseis, qui eum ut regem magnificum, & opulentum expectabant; nam qualemcumque Messiam amabant tamen, at alii cum ex scripturis intelligerent, illi multa toleranda malebant ante eam vitam subduci, ne eius imperium portare cogerentur, miramur. Legitur in libro Zanedrin in capite Hele. Quod dixit R. Iehudi, non veniet filius Dauid, id est Messias, donec extenderit se regnum nequam, (id est Romanum iuxta R. Selomonis glossam) super Israel. Dixit R. Ghula, veniat Messias, & ego non videam eum. Dixit R. Iosef, veniat & vitam dignam sim, ut sedeam in vmbra caudæ asinae eius. Dixit R. Abbaye ad Rabba, Quæ est causa, ob quam non visum eum videre? nunquid propter passionem & tribulationem ipsius?]

Et paulo post: [Sic etiam dixit R. Iohanan etiam facies superioris & inferioris familiae. In hora enim qua dixit Deus Sanctus & Benedictus, Hi sunt operum meorum manuum. Et quomodo destruximus hos, propter istos? Dixit R. Papa, ad hoc est, quod dixerunt homines. Cucurrit bos, & cecidit, & substituerunt ei equum in stabulo. Hucusque traditio. Glossa autem R. Selomonis exponens exemplum postremo inductum, sic ait, Cum bos cuiusdam curaret, cecidit. Substituerunt ergo equum loco ipsius in stabulo. Quod an ea non fecisset Dominus bonus & equi, tantum enim diligebat bonum. Postquam autem curatus est bos, graue fuit ei, equum de stabulo expellere, & ibi bouem reponere. Ita facit Deus Sanctus & Benedictus. Quando enim casus Israelis contingit, dat Deus magnitudinem eorum gentibus mundi. Cum vero postea Israel ad penitentiam reuertitur, durum est Deo perdere eos, scilicet Gentiles propter Israel.]

Fateatur itaque Messiam pro Iudæis gentes in gratiam substituturum. Quod iam dudum esse factum, experientia docuit.

VERSUS 8.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternerant in via.

QUESTIO I.

Quis honor rebus ipsis Christo exhibitus?

§. 1. Affectu multitudinis honor pensandus est. Vestibus asinam sternerunt, & pullum, ramos cadunt, & viam ornant; plurimi autem faciendum, quod ait, *plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via.* Luc. 19. 37. Turbam discipulorum fuisse ait, quod non strictè de Apostolis, aut septuaginta discipulis intelligendum est, sed de omnibus, qui eius doctrinam sequebantur. Magnus ille honor fuit, & nulli Monarchæ exhibitus, ut palliis viam sternerent prope urbem, non defuisse preciosa pallia consentaneum est credere, multis ex principibus in eum credentibus. Iehu cum ad regnum eueheretur Sodales ex palliis thronum fecerunt 4. Reg. 9. Caronis abeuntis pedibus mi-

na, salua obiecto. Syri contrahunt, הושיענא vel
הושיענא hoshchaghna, vel oschaghna. Sumpta sunt
potro verba, vt docet Hicronymus ad Damascum,
Epist. 145. ex Psalmō 117. v. 25. illum enim crebro ite-
rabant Psalmum, Hebræa sic habent אלהים ייחיה
אלהים ייחיה הושיע נא אלהים הושיענא ὁ δὲ
Hofchigha, notandum ἡ finale esse paragogicum.
Non igitur à vero omnino abiit Augustinus, cum
dictionem illam, quæ ex interiectione, & alia com-
posita est, et partes interiectionis agere potest, di-
xit esse interiectionem. Quod pro reuerentia tan-
ti doctoris monere volui, quem multi carpunt, nemo
aquauit.

Quis verborum honor Christo delatus?

Ceperunt omnes gaudentes laudare Deum voce magna: clamant autem: *O sanna.* ωσωννά. Quid sit O-
sanna, non est tam facile exponere etiam Syriacè, &
Hebraicè gnatis, quam sibi nonnulli persuadent.

Osanna in excelsis, quidam interpretantur *ab excelsis*, Apud Lucam: *Pax in caelis, & gloria in excelsis*, Marcus, *Benedictum, quod venit regnum patris nostri David*. Pro *ὁλοζήμενος*, quidam habent *διολοζόμενος*, nulla mutatione sensus.

§. 3. Maior est ipsa in re difficultas; ad quem scilicet oratio illa dirigatur, cui supplicent, pro quo rogent. Salutem omnes possunt, cum dicant *Osanna*, sed an sibi; an Christo? controuersum est. Multi enim existimant Deum rogarı, vt Christum regem & Messiam conseruet, alii Christum rogarı, vt turbas seruet. Hoc sensu interpretantur Iren. l. 4. aduersus hæres. cap. 24. Orig. tract. 15. in Matth. Hilar. can. 17. Ambrosi. in cap. 19. Lucae. E contrario multis placuit diuersa expositio; nempe à Deo peti, vt Christum conseruet, ita Cantipratensis. Insenius, Geneb. Psalm. 117. Claudius, Hentenius, Maldonatus. Argumenta multa adferunt. Verba Psalmi, quæ turba toties iterat, sciebat soli Deo cani solita, & à Dauide cantata, at Christum Deum esse nondum sciebat: non igitur illi tribuit, quod soli diuinæ maiestatis conuenire credebat.

Deinde benedictum appellat, non quasi ipse Dominus sit, sed qui venit in nomine Domini. A Deo igitur Christum suum fide adhuc imperfecta distinguunt.

Tertio, Non alio sensu verba plebs usurpauit, quam ipse Dauid; ille à Deo, à Iehoua salutem, non ab eo, qui venit in nomine Domini petit.

Quarto. Constructio, & sensus verborum hanc interpretationem exigit. Quis enim sensus esse potest: *Osanna filio David*, nisi salutem precantium filio David: Et *Osanna in altissimis*, periturus salus in cælo, & à Deo, non à filio David, qui non erat in cælo, secundum humanitatem, nec ipsi diuinitatem eius cognoscebant, ut peream in altissimis esse crederent.

S. 4. Non tamen argumenta hæc, quod videntur, efficiunt, pleraque retorqueri facile possunt. Verba à Davide ad Deum referuntur, plebs Christum esse Deum nesciebat. Respondeo. Verbum saluandi Christo conuenire, qui ideo Hebræis יהושע & Syris ישוע Ieschugh dicebatur. Non igitur mirum est, si clamar turba: *Salua obsecro Saluator.* Nomen Iesu notum erat omnibus, clamant enim passim, *Iesu fili David miserere mei.* Nec soli Deo saluandi verbum conuenit, nisi vt primo auctori, alii quoque, vt cause administræ, saluabatur. 4. Reg. 6. 27. clamar mulier חורב ארני יהושע, *Salua me Domine mi Rex.* & ille. *Non: saluet te Dominus.* בראי ארשיעם. *Vnde te saluam?* Non negat ille regum esse saluare suos, cum tot iudices & reges dicantur saluasse Isaaclem, sed negat sibi quicquam superesse, quo saluet, nec de area, nec de torculari. Attamen esto soli Deo salutem tribuant Israelite, non omnes Messiam Deum esse ignorabant. Iam enim ex disputationibus illius cum ludæis constabat, improbos ideo Christum execra-

Quem ad-
orent.

Christo
acclamāt.
eum erat.

*Quaquam ô, sed superent, quibus hoc Neptune
dedisti.*

Verbum Hebræum vt dixi חושיעה Hoschiagh-

tos, quod Deum se diceret. Aliorum igitur aliqui in eum credebant: & Deum esse sibi persuaserant. Non igitur omnium illa ignorantia. Deinde Apostoli Deum esse credebant, ut ex Petri confessione manifestum est. at auditoribus, & magistris Apostolis acclamatio cepit, forte in turba erat Lazarus, Magdalena, Martha; nam audita Lazari resurrectione maxime commota est ciuitas. Deum igitur iudicabant, qui mortuos resuscitare posset. Qui ergo Deum credebant, eum inuocabant ut Deum, qui nondum hoc edocti mysterium erant, salutem postebant ut a Iesu saluatore & Christo. Idque praecuntibus Apostolis, & discipulis, qui Deum credebant.

Secundum argumentum non probat, eum Deum non esse. Benedictum enim Deum, & homines dicimus. A Spiritu Sancto vox illa est. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Nec obstat, quod venire dicatur in nomine Domini. Sape ille contestatur, se venisse in nomine Patris sui, & tamen se esse idem cum patre profiteatur. Absit ut sibi diuinitatem detrahere eum dicamus, cum missum se dicat a patre. At ignorabat ista Israelita: Multi ignorabant, at illi, unde orationis initium fluxit, sciebant. Eos autem sequebantur, & si non expresse, ut a Deo, certe ut a Saluatore Messia salutem orabant. Non tamen tam magna erat ignorantia diuinitatis Messiae, quam nonnulli ex recentioribus imaginantur. David certe Dominum suum appellat, & Psal. 13. Chaldaea paraphr.

Benedictus
Deus &
homines.

Diuinitas
Messiae non
omnino i-
gnota erat.

qua erat nota Iudeis vertit. Thronus tuus Deus in saecula saeculorum, regnum forte, sceptrum regni tui. Et tu Rex Messias, quoniam dilexisti iustitiam, & odisti malitiam, propterea vnxit te Deus oleo laetitiae praecursoribus tuis. Thronum illi aeternum tribuit, & diuinitatem, ut in eius Psalmi expositione ostendi. Quin & in exposit. minore super Genes. Et in Midras Thehillim, super Psal. 90. in glossa R. Nachmia. & in Zanhedim super Isa. 23. Deinde Rabbi, qui isto nomine per antonomasiam insignitur, quemque illi sanctum habent ait: *Id est, iste scilicet Messias, est duo, Deus scilicet & homo, vel dua natura in Messia vnita, diuina & humana. Tres sunt generationes harum naturarum substantiae, verbum Dei, anima rationalis, corpus humanum.* Idque probat ex Psal. 71. quod Israelitae eum formidaturi essent ante solem. In eo enim quod ait: cum sole, & ante Lunam coniunctionem humanitatis & diuinitatis in Messia indicat. ante Lunam R. Salomo interpretatur ante regnum David. Sic & Rabbenu Haecados, Magister noster Sanctus, ut eum appellant Hebraei, in libro *gale razia. Reuelante arcana:* mira cabala diuinitatem Christi colligit, sed tamen aptum est testimonium, quo intelligamus veteres Iudeorum de sui Messiae diuinitate fuisse institutos. [Quemadmodum, inquit, litera *he*, componitur ex *daleth*, & *vau*. Ita Rex Messias componitur ex diuinitate & humanitate. Et sicut haec duo *he* sunt duo daleth, & ab his procedunt duo *vau*, tanquam duo filii, qui ab ipsis oriuntur. Ita in substantia Regis Messiae inueniuntur duae filiationes, quarum vna est diuinitatis, qua Dei filius est: altera erit humanitatis, qua erit filius Prophetiae, de qua dixit Elias octauo cap. Eraccescit ad prophetiam, & concepit & peperit filium. Et sicut harum literarum *daleth*, & *vau*, quae coniungunt *he*, vnaqueque distincta est ab altera, quamquam ambae sint vna litera. Ita in Messia, substantia diuinitatis distincta erit a substantia humanitatis, & econtra. Quae duo simul iuncta sunt Messias. Hec illi non dico quam firmiter probent, sed quam disertim asserant, nobis cogitandum esse.

Messias
Dei fili-
us.

Et in Psal. 18. in Midras Thehillim. Messias dicitur nomen Dei, nempe *יהוה*, Et R. Moses Hadarfan in Gen. 41. Non est autem nomen Dei hoc dictum, nisi Rex Messias.

fiat, nomen Dei est *יהוה* seu tetragrammaton, quod sibi Deo conuenit. Sic Ierem. 23. Thalmudista Messiam autem vocari nomine tetragrammato. *Deus tuus noster.* Sic & Thargum Ionathae. & R. Jonathan blus V. 2. et in Isa. 28. Et erit Deus exercituum in coronam. &c. Veritas, in hoc tempore erit Messias Deus exercituum. Vbi etiam *יהוה* nomen tetragrammaton.

Hinc etiam nomen *יהוה* Schadai omnipotentis Messiae tribuebant.

§. 5. Tantum vero abest, ut haec acclamatio diuinitatem Christum priuare dicenda sit, ut potius hinc illam praeclari afferunt. Teitullian. Ladiuersus Praeceptum cap. 17. ex his Christi probat diuinitatem. Quam per se huiusmodi gestis sunt, facilius existimauerunt, patrem in filio non esse egisse, quam filium in patre, dicente ipso Domino. Ego veni patris mei nomine. Item ad ipsum patrem: Nomen tuum manifestauit hominibus. Condicente etiam Scriptura: *Benedictus qui venit in nomine Domini, utique filius in patris nomine.* Et nomen Patris. Deus omnipotens, Altissimus, Dominus virtutum, Rex Israelis, qui est, quatenus ita Scriptura docet. Haec dicimus & in filium compertisse, & in his filium velle, & in his semper egisse, & sic ea in se hominibus manifestasse. Omnia inquit, Patris mea sunt. Cu. non & nomina: Qui ergo legis Deum omnipotentem, & altissimum, & Dominum, tutum, & regem Israelis? & qui est? Videne per haec filium etiam demonstretur. Suo iure Deus omnipotens, quia semel Deum omnipotentis, quiaque omnium accepit potestatem. Altitissimus, quia Dextra Dei exaltatus, sicut Petrus in actu canitur. Dominus virtutum, quia omnia subiecta sunt illi. Rex Israelis, quia illi proprie excidit, fors gentis eius. Itaque filius a patre non separatur, sed eiusdem est potentiae, eiusdemque diuinitatis. Et Deus omnium quemadmodum & Pater.

Denique citatur Isa. 44. 5. a La. 22. 1. & ubi nos habemus: *Rex Israel*, apud 72. est, Deus. Rex Israel, de Messia autem omnes intelligebant, & addiderunt Redemptor, &c.

§. 6. Quod vero tertio loco obicitur eodem sensu Davidem & hunc populum verba Psalmi promissae, id maxime pro veterum sententia facit. Sic enim statuo: Propheta David in Spiritu Sancto Christum Deum agnouit, & adorant, ab eoque salutem petiit, quem sciebat fore Saluatorem, at eodem sensu & Spiritu Apostoli & populus, adeoque pauci in templo clamauerunt. Nam eos in Spiritu sic clamasse vaticinium Davidis indicat, *Ex ore infantium, & lactantium perfassus laudem:* Quin & doctores eo fundamento inuocant. Itaque hoc ostendendum est a Davidem modo Deum patrem, sed etiam Messiam inuocatum. Hoc enim si ostensum fuerit, facile concedent. Apostolos, populumque non auocasse orationem a Christo. Verbi Psalmi sunt a v. 21. ad finem vsque. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt adificantes: hic factus est in caput, angulus Domini factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Haec dies quam fecit Dominus: exultemus, & letemur in ea. Deo mine salutem me fac, o Domine bene prosperare: Benedicam qui venit in nomine Domini.

David hic appellat lapidem ipsum Christum, ut constat ex ipsamet Christi Domini interpretatione, qui sibi applicat, ut facit & Petrus. Sic & Christus etiam quem sibi factum dicit in salutem. ad dicit: *Deus Domini & illuxit nobis.* Et Deus mens es tu. Christum igitur inuocato & Dominum, & Deum appellat, verbis autem cedentibus, & sequentibus v. 25. & illo versu de Messia agitur. Sic interpretatur S. Augustinus, Dominus ille qui venit in nomine Domini, quem reprobauerunt adificantes, & factus est in caput anguli. Mediator ille Dei & hominum, homo Christus Iesus Deus est, equalis est patri & illuxit nobis, ut quod credidimus intelligeremus, & vobis nondum intelligentibus, sed credentibus enunciarimus, ut autem & vos intelligatis.

Davidem

Dauidem pro se orasse, & populo, non pro Messia clarior est, quam vnterpretatione egeat, eodem ergo modo discipuli pro se orarunt, non apud Deum pro Messia intercesserunt. De Dauidem textus sine glossa in dicitur. v. 21. *Saluus es mihi in salutem, quoniam exaudivimus te*. rogavit ut sibi esset in salutem. v. 24. *Hæc dies, quam fecit Dominus, dies salutis hominibus præstita*. Deinde ab initio iubet *confiteri Domino, quoniam bonus*, & v. 5. *exaudivimus te* ait, & v. 6. *Dominus mihi adiutor*. & v. 1. *sequebentibus, ultum se inimicos* ait, Domino adiuante. *Se à Domino susceptum, à Domino exaltatum, morti non traditum*. At vero Dauidem in periculo constitutum orasse, ut Deus Messiam saluum faceret, id vero mirum videri non immerito debet, cum Deum esse sciret, qui assumpta carne Messias venturus fuerat. Hoc ipsum etiam nostram sententiam confirmat, quod diebus tabernaculorum ista canebantur, & eo pertinet, quod ait: *Constituite diem sollemnem in candelis*, hoc est frondosis tabernaculis, at illo die pro se quique & familia orabat, *saluum me fac*. Non pro Christo futuro intercedebat. Denique Catholicos miror dicere Dauidem verba pro Christo esse orationem, cum Latina versio habeat: *Saluum me fac*, quo ostenditur pro se orasse Dauidem. Nam reuera *σωσεν* est eum qui in periculo est eructe.

§. 6. Multo difficilius est, quod ex contextu formant argumentum. Dicant enim: *Osanna filio David*, Syriace etiam tertio casu *לברך labberech*. Hic alius sensus esse non potest; quam, *Salua filium David*. At *הושיע* accusativum & dativum habet. Sic Psal. 85. 16. *Salva Iosua*. Deuter. 22. 27. *Proverb. 20. 27*.

Varia sunt responsiones. Quidam quinto casu legendum censent, *filis David*; sed illis contradicunt omnes omnino codices, qui consensu tertium casum habent. Altera interpretatio *Osanna* significare ipsas frondes, itaque sensum esse. *Osanna*, id est, *frondes Christo filio David*, subaudito, ferimus, ferte, & ei qui est in altissimis: ita Caninius de locis novi testamenti. Iudeos sic acclamasse in festis tabernaculorum satis constat, & in libris orationum illa sæpe ingeminant. Frondes ita appellari etiam satis constat; nam & Syri Dominicam Palmaram, vocant, Dominican *Osanna*, quamquam fieri potest, ut à voce clamantium non absconditis sic appellent, ita etiam Thalmud libro de festo tabernaculorum. Quamvis autem id dici potest, non tamen dubitandum est, Spiritum Sanctum alius respexisse, & eum à quo salus esset ostendisse. Alii autem imperatium illum, cum additur *ΚΑΙ*, bene precantis, plaudentis, bene ominantis esse. Quæ sententia non ablutit ab illa quam dixi Augustini esse. Perinde enim est, ac si diceretur, *Εὐγε, οὐ bene filio David*.

Alii solâ distinctionem componunt. Sic enim taxum ordinant. Dicentes, *Osanna, filio David*. Hoc est, dicentes filio David: *Osanna, Salva obsecro*. Hæc distinctio tamen nullo nunc in libro est. Veteres tamen eos habuisse vix dubium est. Verum Evangelistæ non solent absolute Christum filium David appellare, sed tantum cum aliorum verba recitant, ita & v. 16. puerorum vox est: *Filio David*, non Evangelistæ. Marcus illud: *Filio David*, omittit, tantum enim habet: *Osanna*, quod indicio id etiam solum dictum esse aliquando, ut fieri solebat in festis tabernaculorum, vbi absolute pronuntiabatur, quod si quispiam contendat, eum hunc sensum esse, convinci non poterit.

Proprius tamen sensus est ex consuetudine, & more loquendi Hebræorum accipiendus. Hoc enim dicunt. *Salva nos filio David*. Nempe venit diu promissus Israeli Christus, filius Dei, cuius regnum erit optatum & felicissimum, illi nos regi serva: Hoc à Deo, hoc à Christo petunt. Serva nos ô Messia, filio David,

serva nos liberatos à gentium impiarum imperio, ut tandem filio David serviamus. Ita ut vox illa sic omnium rogantium, & Dei filio, regi nostro, filio David se suæque omnia offerendum. Hoc ramorum spatioso, hoc vestium profectione significabat. Nec peregrinum hoc videri debet, nec inauditum. Ecclesia Romana sic interpretata est, in Antiphona ultima ad laudes die palmarum; *Cum Angelis & pueris fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes Osanna in excelsis*. Triumphator mortis est Christus, illi clamamus, ut nos sibi servet. Si pueri illi acclamant, ab eo salutem sibi petunt. Nec aliter loqui solent Hebræi, ita i. Reg. c. 25. 26. *והושע ירב לב*. Et servavit manum tuam sibi. & v. 33. *והושע ירבי לי* & servavit manum meam mihi. Nam frequenter utuntur dativo, cum aliquo modo ad alios pertinet id de quo agitur, vel ad ipsum agentem. Hic igitur non hoc querunt, ut salventur simpliciter, sed salventur Christo filio David, ut ei serviant, quasi eius mancipia, & possessio. Itaque salus hic à Christo petitur, ut omnes veteres cum Hieronymo interpretantur: & deinde qui ab eis acceperunt. Beda, Thomas, Lyranus, Hugo, Abulensis, Carthusianus, Anselmus, Toletus, Barradius.

§. 7. Cæterum quæ hunc in locum Hieronymus commentatur Epistola 145. ad Damasum, hic addere visum est. Et primo quidem, si singula verba spectes, Hilarii sententiam offendit in verbis non esse. Deinde pergit: *Ita & nunc ex Hebræis codicibus veritas exprimens est: unde in hanc vocem vulgus & maxime consona inter se parvulorum turba proruperit, dicente Matthæo: Turbæ autem quæ precedebant & sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Marcus vero ita posuit: Clamant dicentes Osanna: benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit in nomine Domini, regnum Patris nostri David, Osanna in excelsis. Ioannes quoque pari voce consensit: Et clamabant Osanna: benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Solus Lucas verbum Osanna non posuit, in reliqua interpretatione parte consentiens. Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini, pax in celo, & gloria in excelsis. Igitur ut diximus, ipsa Hebræa verba ponenda sunt, & omnium interpretum opinio dirigenda, quod facilius, quid super hoc sentiendum sit ex retractatione cunctorum, ipse sibi lector, quid sequatur inveniat. In centesimo decimo septimo Psalmo, ubi nos legimus. O Domine Saluum me fac, ô Domine bene prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini: In Hebræo legitur: Anna adonai, Osanna, anna adonai, ha-lianna: Baruch haba basem adonai. (Verba Psalmi Hebræicè supra posita sunt.) Quod Aquila, Symmachus, Theodotion, & quinta Editio, ne quid in Latina mutare videamur, ita exprimunt; *ὁ κύριε σωσὲν δὴ ὁ κύριε ἐνδοξάσων, δὴ δοξαζήσῃς* & *ὁ ἐρχόμενος* & *ὁ ἐνδοξάζων κύριε*. Sola sexta editio cum interpretibus septuaginta ita congruit, ut ubi ceteri posuerunt *ὁ δὴ* illi scripserint *ὁ*. Et quia Osanna, quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus, Osanna, salutica siue saluum fac, exprimitur, omnium interpretatione signatum est. Nunc illud in curâ est, quid sine adiectione Saluandi, solus atque sermo significet. Sciendumque quod in hoc loco recitatur anna. & primum quidem ac secundum eisdem literis scribitur, aleph, nun, he, tertium vero, heth, nun, be. Symmachus igitur, qui in centesimo decimo Psalmo, cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifestiorem tribueret intellectum in centesimo decimo quarto Psalmo, ubi dicitur: O Domine libera animam meam. Vbi autem septuaginta *ὁ* & ille obsecro transulerunt. Aquila & ceteri editionibus *ὁ δὴ* interpretantibus, in Hebræo scribitur anna, verum ita ut in principio, aleph habeat, non verbi ex quo animadvertimus, si ex aleph scribatur anna, significari obsecro; si autem ex heth, esse coniunctionem, siue intersectionem, quæ apud Græcos ponitur*

Osanna
112
Evangelia
Cvi
18

nitur *ἡ δόξα αὐτοῦ*, cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed quoniam haec minutia & istius modi disputationis arcanum, propter barbariem linguae pariter ac literarum, legentis molestiam tribuunt; ad explanandi compendium venio; ut dicam de centesimo decimo septimo Psalmo, qui manifeste de Christo prophetat. & in Synagoga Iudeorum creberrime legebatur, unde & populus notior erat, hos versus esse assumptos; quod ille, qui repromittitur de genere David, venerit saluaturus Israel, dicens David: Lapidem quem reprobaucrunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, à Domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine Saluum me fac: O Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Unde & Euangelistarum Scriptura commemorat, Phariseos & scribas super hoc indignatione commotos, quod viderent populum, Psalmi Prophetiam super Christo intelligere completam, & clamantes pueros. Osanna filio David, dixisse ei: audis quid isti loquuntur? Et Iesum respondisse: Nunquid legistis quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: centesimum decimum septimum Psalmum, octauum Psalmi assertionem firman-tem. Et de eo quidem quod facile exprimi poterat; benedictus qui venit in nomine Domine, omnium Euangelistarum Scriptura consentit. De verbo autem Osanna, quia in Grecum non poterant transferre sermonem sicut in Alleluia, & in Amen, & in plerisque factum videmus, ipsum Hebraum posuerunt dicentes Osanna; Lucas igitur qui inter omnes Euangelistas Græci sermonis eruditissimus fuit, quippe ut medicus, & qui Euangelium Græci scripserit, quia se vidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quam id ponere, quod legenti faceret questionem. Ad summam sicuti nos in lingua Latina habemus interiectiones quasdam, ut insultando dicamus, vab, & in admirando, Pape, & in dolendo, heu, & quando silentium volumus imperare, strictis dentibus spiritum coarctamus, & cogitamus in sonando scilicet sibilum. Itaque & Hebraei inter reliquas proprietates linguae suae habent interiectionem, ut quando volunt Dominum deprecari, ponant verbum petentis affectu, & dicant: Anna Domine, quod septuaginta dixerunt: O Domine *יְיָ הוֹשִׁיעָה* Hosiach, ergo saluifica interpretatur. anna interiectionis deprecantis est. Si ex duobus his velis compositum verbum facere, dices *אֲנָהּ הוֹשִׁיעָה* Hosianna, siue ut nos loquimur, Osanna *אֲנָהּ הוֹשִׁיעָה* media vocali littera elisa, sicuti facere soleamus in versibus Virgilij, quando pro Menin incepto desistere vitam scandimus, Menin incepto. Aleph namque littera prima verbi sequentis, extremam verbi prioris Iod inueniens, excludit. Quapropter ut ad questionis originem reuertamur: Vbi nos legimus in Latino: O Domine saluum me fac, o Domine bene complacere: benedictus qui venit in nomine Domini: iuxta Hebraicum sensum legere possumus, obsecro Domine Saluum fac, obsecro Domine prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini. Saluum autem fac dicitur, ut subaudiamus populum tuum Israel, siue generaliter mundum. Denique Mattheus, qui Euangelium Hebraeo sermone conscripsit ita posuit, *אֲנָהּ הוֹשִׁיעָה* Osanna berama, id est, Osanna in excelsis: quod Salvatore nascente, salus in caelum usque, id est, etiam ad excelsa peruenerit, pax facta non solum in terra, sed & in caelo: ut iam dici aliquando cessaret, inebriatus est gladius meus in caelo: Hac interim iuxta mediocritatem sensus mei, breuiter, strictimque dictaui: ceterum sciat beatitudo tua, in istius modi disputationibus molestiam in legendo non debere subrepere: quia facile & nos potuimus aliquid ementiri, quod ex vna voce soluere questionem, sicut & ceteros fecisse monstrauimus: Sed magis condecet, ob veritatem laborare paulisper, & peregrino aures accommodare sermoni, quam de aliena lingua fictam falsamue referre sententiam.

In Hieronymo hic magnopere notanda diuersa lectio in Hebraeis; nam ita ut ille legit, & literas e-

numerat, non leguntur. ut ne putemus Hebraicum textum inuariatum permanisse, ut etiam notauit Victorinus in Hieronymum.

Deinde, in 70. nunc eam esse lectionem, quam ille tribuit Aquila, Symmacho, Theodotioni, & Quince editioni.

Tertio, *Saluum*, subaudit, populum Israel, seu generaliter mundum.

VERSUS 10.

Et cum intrasset Ierosolymam commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?

QUESTIO I.

Quomodo testimonium Domino datum à turba?

§. 1. **A** monte Oliueti insigni pompa progressus Dominus est, iam pluribus concurrentibus, vestes frondeque spargentibus, & voce personantibus, *ἡ πόλις*, commota est tota ciuitas, quasi magno concita tumultu, odio & inuidia principum accensa: Querunt itaque impii, & principum suorum adulescentes: Quis est hic? Respondet turba Ioan. 12. Hic est Iesus Propheta à Nazareth. Magni autem causis se honorem illi habere protestatur. Deinde ad Prophetias inquirendas excitat, dum prophetas illius praeclamat. Hic querere solent, cur ad tantum tumultum praesidium militare se non commouent? Quomodo cum regem Israel, & filium David vocari audirent: non quasi in reum Maiestatis insurrexerint?

Respondeo, Dei praesentis numine cohibeam esse, & principum, & sacerdotum potentiam, ne immenso exercitu quicquam turbarent. Quemadmodum videmus, nec contra Ioannem quicquam eos mouisse, quamuis tota Ierosolyma, & Iudea ad eum egrederetur. Deinde compositum videbant, & ineme pietatis agmen. Nouerat etiam Pilatus Christum nihil contra pietatem molitum unquam, sed principum odio premi. Quod vero Rex Israel dicebat, id inde moribus, Philosophia quadam, & religionis interpretabantur. Nihil occultae coitionis, nihil armorum, aut vitium apparebat. Omnem Christi doctrinam tantum pacis, & pietatis esse iam certo audierant, principes gentis, & potentes, à quibus omni motus aliquis possit, infestus illi esse sciebant. Assueti autem erant Iudeorum festis, concursibus, tabernaculis, tubis, ut nihil illis moderetur, cum omnes inermes essent. Adde in Aegypto multo plura eiusmodi agitata solita, ex quibus tamen seditionem non timerent. Voces autem illas Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, regnum David, & similia, non intelligebant, si qui adessent Romani, aut tanquam superciliosas irridebant.

VERSUS 12.

Et cum intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat vendentes, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euerit.